



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Ad Montemserratum religionis causa proficiscitur. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

ria corporis afflictatione statuerat. quocirca iam tum agitabat animo, simul atque per valetudinem locuta dis pedibus Hierosolymam petere, ac frequentior ratione, longoque ieiunio tantas peccatorum peccatorum suscipere, quantas videlicet ab excelso magnoq; timo, salutare odiū sui, & ardens diuinę granię promeriti studium exigebat. iamque rectis euntem sculbus, & optima quæque expetentem, longè vehementius accendit diuina visio. Etenim nocte quadam vigilanti, augustissima specie, ac beatissimo lumine fulgens MARIA uirgo vnā cum paruulo IESV, non modo sese palam ostendit, verū etiam incredibili benignitate spectandam aliquamdiu præbuit: quo viso mirificè recreatus letitius, tantum repente odium fastidiumque conceperat, quæ apud cæcos mortales prima putatur, ac præsertim quæ cum inhonesta voluptate conuulsa sunt, et omnes rerum illarum, quā diuturno viā ac venustate corroboratas imagines, ex hominis memoria conuulsum aspectus ille deterferit. Accessit ad hæc illud quoque non leue Dei beneficium, quod ei in omnem diem suum proprium ac stabile mansit: vt quotiescunq; subleuaret cælum oculis astra suspiceret (quod sanè sepe faceret, ac diu) mortalia cuncta illi repente sordescerent, & in x̄o quodam æternæ patriæ desiderio raperetur.

Ad Montemferratū religionis causa profectus.

Cap. III.

Niterea simul & animo & corpore concubescens, è lectulo surgere, & intra cubiculi limen paulatim crura explicare, atque inopes explorat; nihilque longius ei videbatur, quam re decognitione sua, & de domo patriæ exire, & præterita vitæ peccata quā acerrimè vindicare deberet. Sed quia nondum erat ad iter faciendum idoneus, constituit interim præclarissimas quasque Christi Domini, Sanctorumque res gestas memoriæ causa lectis

beret: atque ad id ipsum exquisiti cuiusdam nitoris & elegantia codicis comparato, quæ de virtutum exemplis præcipuè admirabatur, in cum codicem vario picturæ genere quàm compositissimis & quàm clarissimis litteris ordine referebat. Atque huic operi dū insistit ardentius, quamquam sua de instituendo nouo genere vitæ consilia mortaliū nulli aperuerat; hæc tamen tanta scribendi ac legendi assiduitas, contemptus corporis, frugalitatis amor & parcimonia, sermo quotidianus non ad vibanitatem, vel ad ambitionem, vt antea, sed ad modestiam, pietatemque compositus: hæc igitur, & alia non obscura immutati animi indicia, celeriter illum domesticis prodiderunt. In ijs Martinus Garzia frater natu maximus, qui demortuo iam pridem Bertramo in dominatu, rei que familiaris administratione successerat, suspicatus id quod erat, Ignatium vel morbi vexatione, vel eorum quæ legerat admonitione compunctum, ac peruersum vitæ prioris, nouum aliquid ac magnum moliri, atque etiam fortasse nuntium rebus humanis, velle remittere, commotus animo vehementer, hominem seuoocat, varijsque interrogationibus blandè pertentās, ad extremum per communes parentes, perque fortunas omnes obtestatur & obsecrat, videat etiam atque etiam quid agat, quò progrediatur, neu quid noui consilij capiat, quod vel ipsi munitum & exploratum ad gloriam & opes iter impediatur, vel sempiternam Loioleia familiaris dedecoris notam inurat. Ad quæ Ignatius breuiter, quò se quàm primùm à fratre expediret, satis memoriam fore sese respondit officij: & simul, quoniam de recuperata propemodum eius valetudine ad Naiaræ ducem nuntij venerant, in oppido finitimo, cui Nauarretum nomen est, eo tempore commorantem; veniam à fratre petijt ducis pro amicitia reuiscendi; ac per eam causam, duobus dumtaxat assumptis famulis, eques in viam se dedit, ac breui Nauarretum peruenit incolumis. Ibi ducis amicis que ita salutatis, vt arcana consiliorum suorum quàm accuratissimè tegeret, simul etiam certa pecuniarum summa in vsus pios insumpta, Barcinonem per-

tere, vt Hierosolymas inde contenderet, famuloque
 dimittere statuit, quò liberius remous arbitris in vitam
 fauere corpus, & debita vitæ licentius actæ supplet à
 femetipso posset exigere. Solus ergo per lumina ob-
 mulationem Nauarreto profectus, primum omnium
 higionis causâ celeberrimam beatæ Virginis adema-
 re decreuit, quæ in Monteferrato à monacho Benedic-
 ctinis incolitur, estque Barcinonem è Nauara pœceni-
 bus minimè deuia. Deinde reputans apud animam suâ
 partim voluptates, quibus antea indullerat, partim cui
 periculosum & graue bellum, quod sibi rurtus occu-
 nis illecebris, atque ab inferioris animæ viribus imma-
 bat, omni ratione se contra domestici hostis insidias
 muniendum est arbitratus. Ergo non solum insidiam
 ex quo die Loiola discesserat, cõsuetudinem possimam
 retinuit animo, vt singulis noctibus pœnæ nomine se a-
 cerissime verberaret, sed etiam ratus nullum continentem
 presidium posse firmius inueniri, quàm Dei matris cari-
 demque Virginis perpetuæ patrocinium, recitum pœceni-
 tim illius in se elemētia ac benignitate inuocasset, cui
 maximè clientelam fidemque cõfugit, ac studio simul
 incensus illico fecit vt eidem Virgini Beatiſſimæ hie-
 reuocabili voto castitatis obstringeret. Quod voti
 animi obsequium & sacrificium pro sua inuicta uolun-
 te ratum & gratum Deus ipse videtur habuisse, quod
 quidem ipsa Virgine deprecante videlicet, ex eo tempo-
 re ad extremum vsque diem Ignatius plane omnia
 libidinis caruit. Caterum quo facilius omnes in-
 gant, quàm sit periculosam & anceps, in Christiana phi-
 losophiæ curriculo sine rectore ac magistro referentem
 omittā hoc loco quod ambulati in seruore Hispaniæ
 eos ipsos dies Ignatio contigit. Erant eo tempore in His-
 pania finibus, Maurorum multæ reliquæ, Fœderis Ca-
 ritæ superstitioni Mahometis addictos, Fœderis Ca-
 tholicus haud ita pridem è suo pepulerat regno. Erat
 igitur face quidam insidens mulo, Ignatium forte ad-
 secutus, comitem sese illi adiunxit, & nonnulla primam
 (vt fit) de itinere sciscitantur, varijs deinde seruitibus

eo deuentum est, vt de singulari M A R I A E virginitate differeret quam cum nefarius ille ante partum quidem integram illibatamq; fuisse fateretur, à partu vero nequam; contra Ignatius ab eiusmodi errore quibuscunq; poterat rationibus hominem reuocare contenderet; post multam altercationem magis magisque obstinatus impius ille, cum oblatam sibi veritatis lucem intueri nollet, repente non sine rabie quadam subditis mulo calcaribus antecessit, seque celeriter ex Ignatij conspectu proripuit. Quo facto vehementius iriratus Ignatius, parum absuit quin citato gressu persequeretur abeuntem, & pugione confoderet; facinus indignum existimans non tam contemptum relictumque superbe se, quam de summa castimonia & sanctitate Regine Angelorum ausum fuisse vilissimum caput ore polluto detrahere: cumq; militari etiam tum spiritu religionis officijque momenta perpenderet, sese vix pietati satisfacturum putabat, si tantas blasphemias patere cur inultas, neque ab impuro dæmonis mancipio pœnas preulantis linguæ reposceret. Verumtamen incitatum iam generosi pectoris impetum retardabat suspicio latentis in tam speciosa cogitatione piaculi; metusque probabilis, ne per hanc animaduersionem, & celestem incensum, & eam ipsam quam defendere conabatur, Virginem offenderet. Cum igitur multa secum agitasset, motu corporis pariter atque animo varius; ad extremum, sanè quam præcipiti consilio statuit ad biuium vique procedere, vnde Maurum ex habito colloquio ad proximum pagum nouerat diuertisse. in eo biuiio laxatus omnino mula, qua vheebatur, habenis, ita de re tota interpretari, vt si bestia ipsa per se Mauri vestigijs insistere, non dubitaret quin accepta futura esset vltio Maiestatis diuinæ: sin minus, pro certo putaret, nequaquam id esse officij Deum, Beatamque Virginem postulare. Hac ille mente processit ad biuium: cumq; pagus ille, quem diximus, abesset diuerticulo passuum non amplius quadraginta, via facili ac spatiosa; planè diuinitus factum est, vt spontè sua iumentū angustiore via Beatam nonè ver-

sus iter arripere. Atque hunc in modum Ignatius in
tam graui, nullo pia ipsius studia regente periculis
thalis noxae crimen feliciter effugit, quam sapienter
de progressus ad vicum à Monteferrato haud longis
stantem, de peregrinatione Hierosolymitana, de qua
periore vita quamprimum incunda mire sollicitus, vi
totium ibi coemit ornatū, sparteos videlicet calceos, ni
larem è sacco tunicam, funemque pro baltheo, roma
lem baculum, & in vsum aquae cucurbitā. Quae omnia
vt Christi paupertatem non erubescere, & periculum re
cti verecundiam deponere paulatim alluere: subsi
pensa propalam ex ephippijs, ad montem vsque sacrum
aduxit.

Acta eius in Monteferrato. Cap. IV.



Vid simul atque peruenit, seculum ingre
sus, ac numine salutato, nihil antiquius
habuit, quam vt per sacram totius ante
ctae vite confessionem, contritus animi
sordes elueret. qua confessione in prima
fideliter atque accurate de scriptis peccatis
cta per triduum, summa deinde cum ve
neratione ad Sacramentum altaris accessit. Conu
etiam cum eodem patre, qui sibi confitenti vultu deca
rat, omnia sua consilia cogitationesque de imitatione
Sanctorum, quae ad eam vsque diem prius necum pe
tescerat. praeterea, quicquid habuit pecuniae, totum ad
Ihu Christi domini gratiam pauperibus benigne distu
Dein silentio noctis eius, cui dies festus Angelicae lau
tationis illuxit, pretiosa vestimenta quibus erat utri
tus, quam occultissimè potuit, pannoso eisdem ex arti
ma plebe largitus, confestim oprato illo sacco, & ali
cer induit, ac fune praecinxit; dextro pedi, quod et reli
quijs morbi singulis etiam tum noctibus immiseret,
calceum induxit è sparto; sinistram vtrique nudam relin
quere, & capite itē nudo profus decreuit incedere. Sed
quia non ignorabat plurimos pallio tenus esse phisolo
phos,